

**De epilepsia, seu morbo comitiali, assertiones medicae / has, ... praesidio
... D. Andreae Planeri, Athesini ... pro ingenii mediocritate, tuendo
approbare tentabit Iohannes Fabri, Tubinganus ... disputabuntur.**

Contributors

Planer, Andreas, 1546-1607.

Faber, Johannes.

Publication/Creation

Tubingae : Per Alexandrum Hoggium, 1592.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ts63srpf>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

10

DE EPILEPSIA, SEV MORBO comitiali,

Assertiones Medicæ.

Has,

Patrocinio

AETERNI BENIGNI QVE NVMINIS:

Præsidio

EXCELENTISS.

VIRI, D. ANDREÆ PLANERI,
ATHESINI: DOCTORIS ET PROFESSO-
ris Medici ac Philosophi, in nobiliss. Tubing. Academia,
acutiss. celebratiss. que: Domini & Praeceptoris sui, omni-
nis pietatis officiorumq; honore perpetuo, reverenter,
sincere atq; obsequentiiss. observandi: pro in-
geny mediocritate, tuendo appro-
bare tentabit:

IOHANNES FABRI, TUBINGANVS.

In Auditor. Medico, horis consuetis, 22. April.
DEO dante, conclusa disputabuntur.



Tubinga, per Alexandrum Hoggium, 1592.

Ornatiss. & doctiss: D. n. Lohm.

REVERENTIA PIA, IVDICIQVE
PRAESTANTIS GRAVITATE SPECTATISS:
Viro, D. M. Ioanni Humelio, inelytæ Canstattanorum
ciuitatis, sacro Antistiti impigro: eiusdem Præfecturæ Ec-
clesiarum, Præsidi speciali acerrimo diligentissq; : Patri suo
semper honorandissimo. Similiter, Reverendis, vitæ inte-
gritate, & eruditione præclarâ, venerandis prestantissq;
Viris: D. M. Iohanni VVeiningero, VVylanorum Pasto-
ri vigilantissimo: dicecesos vicinæ, speciali Superinten-
denti summo atq; laboriosiss: D. M. Martino VVa-
gnero, Aschingensium Parocho sacerrimo ac fidelissimo:
D. M. Iacobo Mûlichio, Verb. D. apud Dalfinganos, pu-
riss. assiduoq; Præconi: D. M. Iacobo Bavhofio, Mona-
sterji Suevorum, Sacrorum Prædicatori graviss. & peri-
tissimo: Cognato, & Affinib. suis, amore carif-
simo, obseruantiâ perpetua, officioq;
frequenti colendiss.

S. P. D.

Ioannes Fabri.



Vàm Anima Corpusq; nostrum, Viri Reue-
rendi, consensus affectione mutua arctè te-
neri, sensus docent: tam profecto, S. Theo-
logiam, cum Iatrogia diutina, iucundis
concordiæ modulis concinere, intelligitur.
Illius namq; si primodia queras: cum hac es-
se eadem, annue^s. Evidem, ut furens ille Draco, Agyrtarum
Circulatorumq; progeniei vitiosissimæ, nugacissimus Parens,
sub malo aureo, dulce venenum, insolenti promissorum ia-
stantia verborumq;, ancipio fraudulenter tegens: Primo-
rum mortalium mentes, euentus blanditijs, concupiscentiæq;
exæ illecebris, redditas improuidas, cepit: errandi febris
tam ardentiss: cum corporis dulorū inspirando, sanctita-

tem

Præfatio.

tem credulis expugnauit. Næ profundissima Theologie Microtechnen quandam, cum Thessalo, Iatronicer ridiculo, (digna communitatum Parente soboles) impostor per fiduciam consensus est. Ille dies, primus lethi primusq; malorum, causa fuit. Iccirco, spem hominum salutis conclamatam. Moigæv tñ R̄is in Politiam Corporis introductam, mox edictum sacras tiss: dictitabat. Sed ò gaudium in expectatiū. Iuuans ille solus, misericordie nominatiss: Pater, maiora moliri, ægriq; amissi prefecturam Theologo: Corporis iam ægredientis, Medico, Sapientia illustri assignare voluit. En utriusq; Scientiae utilitas, Dei inuentioni prima simul cōsecratur: per hunc, canit ille, concordant Medica Sacris. Methodo, opera artis, eadē ex ercent. Etenim, Animulam citò, tutò & iucundè, conservant, fouēt sanantq; aternitatis arcanorum Mystæ sinceri. corpusculū fragile, itidem tuentur, firmat eurantq; Naturæ omni parentis Ministri, vatesq; Asclepiade. Ambobus etiā suum, ad omnia iroquæ, condidit Iatruon, Iatilogus sermaximus. Certè, Sacrorum illam officinam instructiss: apparans: vivum satisq; storentibus amœnum, diuinitatis occulte hortulum, in Anima usum construxit. Hic deleteria, hic antidota, hic expertiss: fidei pharmaca: hic Verbum salvificum, remedium polychrestum gratis, petentibus prostat. Et talia Medico, Hygiea, & Iasō, fido comitatu presentibus, suppetunt. Sanitate periclitari occidente, celeres illos atq; fideles, Anima Corporisq; custodes, languiduli, ad intemperiem, extus intusue afflatam amollendam, exemplo conuocantes: utriusq; certa medicamina poscunt. Idq; per quam diē. Non n. multorum more peruerso, postquam mortalia cernunt tentamenta nihil, nihil artes serò medentum posse, diuam modo exspectant Medicinam: omnem salutem, saluā scientiarū immutabilem auctoritate persistente suapte culis

pā, eternum deperdentes. Verum hac alegorū magis raptū
toq; stylo per volitau. Nam & nasum habentium curiosus rin-
ctus: & consuetudinis in hoc scriptioñis genere sancta an-
tiquitas, cursum iuuenilem interceptū, aliorum detorque-
re vel restituantem stimulant. Quorsum? Cernitis, opinor,
Viri eruditissimi, vel metacente, argutiss: oculis vestris: sacer-
rimi vestri maneris, cum Iatrice saluberrima, indissolubi-
lem consortioñis amicitiam. Cernitis, si nulla cognationis no-
stra iura cogerent: vel solam hanc, quam alibi Galenus, veri
sagacissimus, ampliss: laudat, ἀνθρωπονομασίας harmoniam:
opusculi huius elaboratissimi, reverendis splendidisq; nomi-
nib. vestris oblationem, suadere posse. Animi huncce fetū
absolutissimnm, Viri φιλοσοφωτάτης τε ήγιατρικωτάτης, Pro-
gymnasmatis mei Prostatae fortissimi, nobile verè ad cogi-
tandum ingenium, nullo exemplo concipiens, peperit.

Hic quam rimatur, ægritudo, ut Cerebrum, viscus sc.
Plinius, excelsiss. Caloq; proximum, ubi sensuum arm: ubi
Mentis est regimen, comprehendens agitansq; furijs crude-
libus, periodice torquet: ita cæcum, causisq; suis obuelatum
in primis malum esse, non nisi cerebroſi negant. Addunt
& diuinum. Sed molle nimium hoc & ad libidinem effi-
ctum est vocabulum. Hoc etenim nomine Maiores nostri
Comitiales, per Cimmerias tenebras Delphos petiere. Sec-
quid anus illa Pythia? Ea, ut mos fert, Sibyllina suam my-
steria pandens, ambigua detonare, permagna Lunaticis, e:
Orci afflatu, mali absolutoria fundere. Hinc ſuptuose ca-
dentū itiones: hinc religionis despicientia: hinc Anima-
rum cum Hercule perpetuitas. Quid amuleta & periapt:
dicam: quid alia, superstitione anili carminumq; iucant
mentis plena sexcenta: Augustiss sc. Medicorum sacrarij
miseris illis obserantes sacrilegi: pulchros ex Monopolio iſi
quasticulos, sibi surgere gestiebant. Nobis verò, sit grat:

Deo, ut de alijs innumeris Natura, sacro complura inuoluerat celantis, problematis: sic & hoc, eiusdem lasciuiae Aenigmatis, multa multi doctag, responsa ferendo, mirose Oedipodas præstitisse video. Sed hoc, quod de morbo Sacro iam editur oraculum, Gordium illum nodum enodatius & subtilius dissoluuisse: rotunda hypotyposi (absit vero & candido inuidia verbo.) subtiliss. illius secreta effinxisse, dottiiss. quig, omnis liuoris cæcutie liberi, ferunt. Quin & illud. Rationum, ex ingenij proprijs thesauris subductarum, atq, cum fauorum eis affabre consentientium momentosam mole: conclusorum veritatem analyticè & (ut alia præclaras notiss. suæ scientiæ documenta) inconcussa stabilitate fixisse. Artis nostræ sacros Opifices, suamaneat, licet, cum alijs in campis Pæonijs venantibus, plurimaq, subodorantibus, emerita gloria seges: sint illis, absolutiora scribendi copiam dantibus, gratiæ, iuxta diuini Philosophi statutum, relate ingentes: sit deniq, veriora monstraturo, auctoritas summa. Quid ergo? Nunquid, Viri Reuerendi, sacerdotesq, summi, egregia vobis dicatur Syntaxis Medica? Verum, tecum nunc mihi, Pater carissime, cui me meaq, omnia debeo, res sit. Felices eos semper, quibus per fortunæ clementiam, parem vel paullum inferiorem gratiam, benefactorib. suis referre licet, iudicauit. Quum verò vita meæ, jam quam dego, tenuitas, nil suggerere possit: attamen, qua tandem officij debiti vicissitudine, R. T. summorum in beneficiendo monumtorum auctrici locupletiss: obuiari queam, hactenus anxiè circumspexi. Mola salsa, dicunt, thura non habens, liture nolui. Quærendo a: lassus, & quod tuis meritis immortalibus vel tantillum respondere diceretur, inveniendo, animalum despondens: nouiss. Mens sollicita, consilium languenti inhalare visa est. Plebeios & pauperculos, creditorib. suis fi-

dem datam soluere desperantes imitari: hanctemoris conditionem ducere pulchrum. Hos enim, memorabat, ultiro creditorib: placidis, sponsores certos adducere.

Placuere dicta. Igitur pauculas quidem hasce, sed fide amplissimas, Medicarum assertionum paginulas: fidei mea pietatisq; debitum, suâ fide periculog; (id quod pium numen avertat) suo sustinentes, tibi, Pater amande, tandem tradabo: quo ad beneficijs tuis debita soluere, quoquo modo potis ero. Quod superest, vos, Viri reverendi, ornatiss: q; gracilem quem aspicitis, at operosum libellum gymnasticum, vestræ et quanimitatis studio ardenti rectiss: q; mecum suspiciatis & foueatis, summo perè rogo. Dein, ceptos meos, in Medicina labores, vestrā, ut facitis, subleuare pergitte benevolentia, que-
so: omnem pietatis, obseruantiae amorisq; cultum perpetuum sanctè repromitto. Memoratorū verò, Venerande & doctiss: M. Bauhofi, officiorum promptitudinem: præter affinitatis stimulos, Soceritui p. m. Viri de Ecclesia meritiss: Vitrici mei optimi, dulcis Parentis solatij, magnus, certè, erga me juniorēm amor, fides, Manesq; sancti jubent urgentq;. Tam dem, Viri præstantiss: vos, sacrosancti Archiatris, wavakū as atq; vixiæ Parentis unius, curæ ac tutelæ, pijs votis com-
mitto. Valete multum & feliciter. Scripsi Tübinga, Anno Epochæ humana, CICID XCII. 4. Id. April.



De Epilepsia, seu morbo Comitali,

Q V A E S T I O.

Verum Epilepsia, morbus sit Cerebri similaris, à prauo quodam & corrupto vapore, vel ejusdem naturæ, qualitate, vel in ipso primitus excitata, vel aliunde adueniente, dependens: quæ Cerebri, ejusq; Spirituum substantiam, sic grauiter P. N. alteret: ut in strumentum, amplius principalium & ~~auditoriorum~~ esse non possit: & interim, in Nervorum quoq; origines subito diffusa, practicas & motrices ~~espontaneas~~, per intervalla, simul vitiet & deprauet.

Thema primum.

1. Præclarè scribit Aristot. in Meteōris; in rebus abstrusis, quæ sensu nullo modo possunt percipi, satis esse, si tales causæ adferantur; quibus probabile sit, tales effectus produci; & quæ nulla instantia veriore refelli & refutari possint. Et alibi, lib. nimir.. i. d. hist. Anim. scribit: Physicum, quem admodum & Astronomum, debere considerare & contemplari τὰ φαινόμενα, ac semper tales assignare causas, quæ cum φαινομένοις consentiant: & horum rationes, ex illis resolui commode & deponi queant.

2. Hoc ipsum, in inquisitione causæ conjunctæ Epilepsiaæ, quam modò expressimus sc. obseruandum nobis est. Nam quia causa illa, Epilepsiam continens, etiam sensu aliquo pervestigari nequit, ideo talem attulimus, cui verè contradici non potest. Et interim probabile est, tali causa, quam nos attulimus, Epilepsiam procreari. Sicuti hoc ex seqq. quas adferemus, rationibus, perspicuum satis manifestumq; euadet.

3. Nam primò videmus, etiam vaporibus & odoribus rerum externarum, subito paroxysmos Epilepticos commoveri & cieri: aliarum. a, contra rerum odoribus & vaporibꝫ

De Epilepsia.

sisti ac prohiberi. Sic Apio proprietas est, comouendi Epilepsiam: sic etiam suffumigatio cum galbano & myrrha, & cornu caprino: odore item hepatis hirci, & cum ponitur myrrha in nare ejus, Epilepsia cietur. Sed eam tollunt & curant, odor rutæ, & alia non nulla appropriata, à Practicis passim descripta. Quoniam nimis. hæc, teturum vaporem, aut malignam qualitatem, quæ Epilepsiam excitauit, subito discutiunt aut corrigunt: illa vero, vel delitescentem alicubi corruptum vaporem, aut prauam qualitatem, derepente excitant, & de potentia ad actum transserunt.

4. Quo verisimile certè fit, talibus quoque internis causis Epilepsias progenerari. Siquidem ad effectum producendum nihil refert, siue extra, siue intra corpus constituta sit causa illa, quæ tale effectu producendi vim habet, modò assit, subiecti suscipientis habilitas & dispositio, cum qua, remotis alijs etiam impedimentis, conjungatur causa mouentis contactus conueniens. Et alias etiam, sèpè ex juvantibus aut lalentibus, non solùm naturales partiū Crassos: sed etiam morbias dysscrasias, earumque causas, apprehendunt & agnoscunt Medici.

5. Et quod vapor talis, in origines Nervorum penetrans, motibus παλμώδεσι membra vibret in Epilepticis: patet ex eo, quod aliequi in particularibus spasmis, vapores inclusi palmorum sint causa: & ex materia spiritali, veros quoque spasmos exoriri, nemo ignorat. Quin etiam, contorsionibus oculorum in Epilepticis, nervos & musculos oculorum vapore illo repleri manifestum est. Vapore. a. & spiritu, ut nihil penetrabilius, ita nihil quidquam mobilius videtur esse; vel ipso etiam Arist. in Meteoriis teste.

6 Confirmant hanc nostram, de causa continente Epilepsiam sententiam, diuersi affectus animi, quibus subito ipsa nonnunquam oboritur: eiusmodi sunt, terror, iracundia, & immoda Λ enus. Prioribus namque duobus, quia subito calor, spiritusque, vel introrsum, vel extorsum ruunt & feruntur

Thesēs.

seruntur in cōcitata ist motione, vel praui, qui antea in partibus alicubi delitescebant, vapores, ad cerebrum & Nervos decurrunt: vel ex ipsis humoribus, in corpore præser-tim *καινοχύμων*, exsuscitantur derepente, praui crudig; spiritus & flatus: qui similiter ad cerebrum delati, Epilepticum mouere possunt *τάσθος*. Immodico a: veneris usu, cum animalis Spiritus in Cerebro refrigeratur; tam simili ratione, ex fusione & colliquefactione quasi humorum, tetri ac virulenti flatus elevari quandoq; & cieri solent: quib. similiter Epileptica exoriuntur Symptomata.

7. Et cum aliorum quoq; Affectuum, quoad modò per *ἰδίωτα δυαράν*, modò per *συμπάθειαν* existunt, exdem specie sint causa: qua ratione videmus, idem suffusionis symptoma in oculis, causari à crassis vaporibus, circa tunicam uream concretis: siue iij in Cerebro primùm consistant, siue ex Ventriculo sint eleuati: Epilepsiam verò per consensum, vapore quodā, aut qualitate aliena, à parte primò affecta, ad Cerebrum ascendentē concitari, ex Galenicis historijs sit manifestum: rationi certè correspontaneum est: pri-mogeniam quoq; Epilepsiam, à vapore tetro, aut qualitate aliqua aliena, Cerebri & Spirituu ejus crasi infesta & inimica, procreari.

8. Quaquā a: vapor, & aliena illa qualitas, res & causæ sint specie discrepantes: tamē unum eundemq; effectum, Epilepticum putat *τάσθος*, producere possunt: quatenus nimis. in uno quodam tertio conveniunt, gratia cuius, vel natuū Cerebri spirituumq; calorem obtundere & stupefacere: vel crasim eorum dissoluere & perturbare: aut certè substantiā subito extenuare nimis, aut incrassare p. n. possunt. His enim omnibus modis, sigillatim inhabiles reduntur ipsi spiritus Animales, ad motiones & impressiones specierum sensilium recipiendas & conseruandas.

9. Nam, si qualitas illa, aut vapor frigiditate excedat, sensio nulla excitari potest. Cum sine calore, nihil sit *αἰσθητόν*

De Epilepsia.

Et quomodo, frigus primas teneat in prosternendis ~~temp~~
~~yeis~~ animalibus, copiosè Gal. lib. i. d. ca. sympt. 3. l.
l. a. f. docet. Si qualitas illa, vaporū, spirituum Animali-
um crasis dissoluat; tam instrumentum illi amplius, anima-
lium actionum, esse nequeunt, quam videm⁹, aliarum quoq;
partium actiones diminui, aut prorsus etiam aboliri, si na-
turales earum crases, quæ principales sc. sunt, ~~temp~~ illa-
rum cause, perturbatæ & dissolutæ fuerint.

10. Neq; hic aliqua est differentia, siue qualitas illa, va-
porū, ratione primarum aut secundatur notarum qualita-
tum, siue abstrusarum, addo etiam malignantarum & venena-
tarum facultate, vel violentia potius, naturalem Spirituum
Cerebri crasin perimat, & perturbet. Nisi quod, quò ma-
jore, ad dissoluendam Spiritum crasin, qualitas illa vapor
ūe, vi pollet: eò citius & celerius Epileptica apparent symp-
tomata.

11. Sicuti a: cùm vapor, tum qualitas aliena, Crasin Spi-
rituum animalium perturbando, Epilepsiam inducunt: ita
quoq; hoc præstare possunt, si singula illa, materiam & sub-
stantiam Spirituum animalium subito dissipare & extenu-
are, aut condensare & contrahere p. n. possunt. Cum hac
ratione, etiam recipi, nec conseruari species motionesq; re-
rum sensilium, in spiritibus illis valeant. Atq; in hoc etiam
genere, alia alijs valentiora sunt, alia remissiora: & in qui-
busdam manifesta est quædam & evidens qualitas, in alijs
autem latens & abstrusa: in utrisq; ~~temp~~ aut ~~κακούδικ~~
dominatur.

12. Neq; præter tria jam à nob. commemorata: sub-
stantię, puta, Spirituum animalium extenuationem aut in-
crassationem nimiam: caloris nati vi atritionem & stupefa-
ctionem: & craseos dissolutionem ac perturbationem: ali-
quid videtur esse, quod spiritus animales inhabiles reddere:
possit, quò minus conveniens amplius sint principalium &
~~εὐθυγένειῶν~~ instrumentum. Sed quæcunq; aliás infec-
sta

& inimica Cerebro, & spiritibus esse dicuntur, ad unam aliquam harum classem, referri possunt & debent: tametsi in singulis his tribus, magna sit causarum varietas & latitudo.

13. Sed neq; tria illa capita sic comparata sunt, ut ad unū aliquod ceu primum principium revocari possint. Sicuti quidam asserunt: omnis Epilepsia causam esse qualitatem solum in vaporemq; frigidum, qui Cerebrum & Spiritus ejus animales stupefaciat & obtundat. Nam etiamsi, aliás in debilitando & diminuendo *irregularis* animalib.; præ alijs qualitatib. notis, primum tencat ipsum frigus: autore Galeno: tamen nihil certè vetat, quo minus reliquis duobus generib. causarum, suum etiam relinquamus locum: cum sic etiam aliarum partium *irregularis* perimi, & ipsarum substantiam corrumpi contingat.

14. Et quanquam nullum hotum, sine altero perfectè consistere possit: nihilominus tamen primo alicui, motionis est acceptum ferendum principium. Ut si laedens & nocens causa, sive externa jam sit, sive interna, vel primo superficiat calorem natuum, ad quod reliquorum sequitur destructio: vel primo Crasis dissolvat, cui comes quoq; adiungitur, caloris attritio, & materiæ p. n. dispositio. Sicuti quoq; dari possunt, quæ hanc primò depopulantur: reliquis .a. duobus, secundario & ex consequente detrimentum adferentibus.

15. Quando dicimus, vaporem teturum, aut qualitatem alienam, sigillatim spiritus Animales sic p. n. alterare & afficere posse, ut habiles amplius nō sint, *irregularis* animalib. obeundis: accipi hoc & intelligi volumsu, non de totali destructione Craseos Spirituum animalium, & multò minus Cerebri; ad quam non sequitur Epilepsia, sed mors: verum de tali, qua, discussa & remota causa illa p. n. sive qualitas sit, sive spiritus & vapor rursum *irregularis* suas præstare animales illi Spiritus possunt. sicuti hoc etiam, finitis solutisq; Epilepticorum paroxysmis, fieri contingit.

16. Et porrò diffusionis hujus, qua sc: vel vapor pravus, vel aliena qualitas, in origines Nervorum, & spinalem medullam fertur, ut ita subito membrorum depraventur motus: ratio eadem cum hac, qua ex partibus, longè s̄epe remotis & distantibus à Cerebro, qualitas, vaporve malignus, ad ipsum elevatur & ascendit Cerebrum: & ibi primū Spirituum alteratione facta, Epileptica inducit symptoma.

17. Nam vapor quidem spiritusve, tenuitate sua & mobilitate, celerimè per corpus rarefactum, (quod aliás secund. Hipp. est συμπνεύση συρρέση) penetrare & deferri potest. Et quam celeriter, ex subjecto corpore ad Cerebrum pervenit: tam citò quoq; aliás ex cerebri corpore & substantia, in origines Nervorum & spinalis medullæ distribui valet. Cum spiritus sit, ut tenuiss. ita mobiliss: & celerimè ornnia pervadere & penetrare soleat. Ac penetrando quidem sic, in origines Nervorum & spinalem medullam, depravatorum motuum fit causa: sin. a. interius tantum, in cerebri substantia, consistat, nec ex ea, propter quācunq; tandem causam prohibentem, feratur: ratione hac abolitionem duntaxat, principum & sensitivarum, modò anteā expositarum ἐντρέψεως, inducit

18. De qualitatis verò diffusione, sive eam à subjecto corpore, ut à cruribus ad caput, deferri dicamus: sive exinde ad origines Nervorum & spinalem medullam, abstrusior quidem est ratio. Quod tamen & ea fiat per continuatis alterationem, non solùm Gal. 3. & 6. d. l. aff. docet: sed exemplis etiam, ac φαινομένοις aliarum rerum, comprobari potest, Videmus namq; lumen splendoremq; Solis, subito & in momento, fese per aërem longissimè diffundere. Et quis ignoret, odores quoq; qui qualitates sunt olfactiles, aliás celerius, aliás tardius, per aquam aut aërem continuū ferri, quo ad qualitas illa planè evanescat. Eadem est & savorum ratio,

19. Atqui tactiles etiam qualitates, in corpore hominis, per alterationem continuitatis diffundi, docent Phlegmonæ, Erysipelata, gangrænæ, & aliæ partium intemperies: ubi à partibus ~~καθεξι~~, primò affectis, eæ transferuntur in alias, quæ ~~καταχέσιν~~ afficiantur. Et cum tactilium ejusmodi qualitatum, non eadem sit efficacia & vis: sed quædam violentiores, aliæ remissiores: nihil vetat, quominus aliæ citius, aliæ tardius, per continuitatis alerationem, diffundantur: sic, ut reperire liceat aliquas qualitates, quæ subito & in momento, pertotum se diffundant corpus.

20. Sed inter momentaneam spirituum per corpus humanum lationem, & celerem qualitatum, continuitatis alteratione, diffusionē, hæc est differentia: quod spiritus in substantia sua de loco ad locum feruntur: qualitas a: prava, in certo loco principium diffusionis suæ accipiens, non quidē cum substantia & materia aliqua, per continuitatem spargitur: sed duntaxat per alterationem, quæ videlicet proxima quævis, ab initio sibi & vicina afficit. Quemadmodum umbram à corpore in aërem spargi & distribui videmus: ubi tamen umbra nihil in aërem, per quem, transit, agit: sed qualitas illa sibi vicinā insubjecto corpore qualitatem immutat: & hæc itidem proximam, usq; dum undequaquam diffusa sit illa qualitas.

21. Quam etiam, teter vapor spiritusve, deprauatos membrorum ciere motus solet, si in origines subeat Nervorum & spinalem medullam: tam hoc præstare potest, sola & nuda qualitas, substantiæ Neruorum & Spirituum infesta: si quicquid & hæc, per Neruos in Musculos diffundatur. Excitare namque ea, languentes & sopitos quasi in Musculis spiritus potest, ut Musculos conuellat: non aliter, atque appetibiliū rerū species, spiritus impellunt. Et quod quidem major est violentia talis qualitatis, quam naturalium impressionum appetitus: tanto quoque naturali & voluntario, violentior excitatur motus.

De Epilepsia,

22. Imò praua illa & aliena qualitas, vel ratione, qua dolorifica est, fatus spiritusq; ciet: cum doloris comes sit affluxus, autorib. Medicis: vel aliás crudos halitus vapores q;, in partibus. delitescentes, transitu suo exagitat, & ad Nervos & ad Musculos secum quasi rapiendo defert & accessit: Vbi tunc conuulsiones, Palmos, aliosq; p. n. motus excitare solent.

23. Proxima, immediata, adeoq; continens Epilepsię causa, quam statuimus, nimis. prauus & teter spiritus fatusq; aut aliena & maligna qualitas, ita se habet: ut aliás solitaria subsistere, aliás verò componi queat. Nihil .n. prohibet, duo illa, quæ cum contraria non sint, quandoq; conjungi & copulari, quò grauiorem affectum concitari contingit postmodum. Et qua ratione, utrāq; causa, vel simplici vel composita, possibile sit ac *luratoꝝ*, Epileptica oboriri accidentia, hactenus ostendimus.

24. Porro, ut Epilepsię coniunctam, quam modò assigauimus, causam, comprobemus etiam certis *Φαντασίοις*, quorum rationes ex illa deponi & peti possint: agé, huius *φαντασία* & symptomatis pathognomonici, gratia cuius, is, qui Epilepsia laborat, neq; videt, neq; audit, neq; vlo sensu quidquam percipit: ac ne consequi quidem potest, quid factum sit; sed cum Memoriæ viribus, Mens quoq;, & Intellectus lèditur: hujus, inquam, ratio est, quòd prauus ille vapor aut aliena qualitas, uno aliquo ex supra commenioratis modis, spiritu Animalis labefactat. Quod confirmant alia Symptōmata, quib. Epilepsia ab Apoplexia distinguuntur: cum in primo, aliás ambo affectus conueniant.

25. Nam alterum Symptōma Epilepsię est: quod cessant & desinunt motiones voluntariæ membrorum. Quoniam principium motionis, est Voluntas, & Appetitus, qui sine Sensu communi, qui hic jacet, nullo modo mouere solent: Et hinc accedit, quòd Epileptici subito concidunt & collabuntur, nec erecti stare permanereq; possunt. Quoniam

Dimit.

Thesēs.

nimir. postrato Appetitu, & Voluntate, actio ei: ἐνέργεια Mus-
culorum tonica, qua erectum seruamus vel totum corpus,
vel certum aliquod membrum , pro nostro libitu : statim
soluitur, cessat & desinit. Vnde sic protinus homo concidit
& prosternitur.

26. Est hoc Symptōma, etiam cummune ipsi Apoplexiæ,
vt in qua etiam voluntarij membrorū motus abolentur: &
sic ἐνέργεια quoq; tonicæ . Sed in Apoplexia, hoc fit propter
resolutionem Musculorum (cum Apoplexia, dicatur esse re-
solutionem omnium corporis partium) & causam aliquam pri-
vatiuam, qua sc: motus impr essionesq; specierum nō reci-
piuntur. In Epilepsia .a. positiuè accedit, nempe, propter
Mentis, & Appetitus abolitionem, quæ á prauo illo vapore,
& maligna qualitate dependet.

27. Tertium symptōma, & ipsum Epilepsia cum Apo-
plexia commune, est: quod vtrobiq; anhelitus impeditur, &
difficilis est respiratio. Nam cū hæc perficiatur, opera Dia-
phragmatis , & Musculorum pectoralium, qui vim suam à
Cerebro, & Spinali medula, per Nervos accipiunt: hi verò
in Apoplexia sint resoluti, vtq; ιυλόγος , pectus movere
nequeunt. In Epilepsia .a. quia stupidum est Cerebrum, si-
militer Musculi agere & mouere non possunt :quò accedit,
ratione ambarum causarum, in vtroq; affectu lèdi & impe-
diri respirationem.

28. Veruntamen, non prorsus aboletur in Apoplexia, sed
impeditur duntaxat & difficilis redditur. Quoniam metu
periculi suffocationis , & summa necessitate euentationis
caloris in Corde, exstimulantur Musculi illi pectorales; ut,
quantumuis reliquorum Musculorum motu in Apoplexia
sublato, nihilominus tamen soli hi Musculi agant, qui respi-
rationis sunt opifices: atq; sic cum respiratione , vita ipsa
conservetur.

29. Habent namq; Musculi, suos etiam congenitos spiri-
tus, qui ad motum excitari queunt, tali vrgente necessitate,

De Epilepsia.

etiamsi Cerebrum sit stupidum, (ut in Epilepsia accidit.) aut aliâs Spinalis medulla obstructa , & ob id motio jussus q; Appetitus deferri ad eos non possit. Et aliâs ipsa respiratio mixtum quasi est opus : partim ab animali facultate, partim naturali, necessitate urgentis causæ, excitatum.

30. Quartum symptôma, Epilepsia proprium, est spuma. Quæ propter à ob impeditam spiratioē circa os appetet: quoniam cum molestia excluditur & eliditur aer: (qui aliâs naturali spiratione liber exibat.) hic si cum extenuata saliva miscetur, circa os spumam constituit. Quomodo .n. spuma generatio conficiatur, ex mixtione duarum substantiarū, altera spirituosa, altera humida, ambabus in multas partes fractis, multisq; mutuo complexu, parvis ampullis ab ipsis effectis, docet Gal. lib. 2. aph. 43.

31. Sanè difficilis est etiam, & impedita respiratio in Apoplexia, atq; ob id, in ea etiam violenter spiritus excernitur. sed spuma nulla circa os appetet, quoniam saliva non est extenuata. non .au. extenuata est, quia in Apoplexia nullus est motus convulsorius, quo extenuaretur: sicuti tales tamē multifariam in Epilepsia sese ostendunt. Vt ex seqq. patet.

32. Quintum, & proprium quoq; Epilepsia Symptôma, quo ab Apoplexia etiam distinguitur, est convulsio, quæ varijs partibus accidit, & variorum symptomatum efficitur causa, Sic namq; convulsorio illo muscularum masticatoriorum motu, sic oris saliva interdum extenuatur, ut mixta postmodum ea, cum violenter excluso aere spiratuq; spumā circa os constituat. Dentes quoq; strident, quoniam Musculi in temporib. & maxillis, convulsorio motu commoventur ad hæc lingua sæpe extra os exerunt Epileptici, & nisi prohibeantur, mordent: ob illorū & linguæ muscularum convolutionē.

33. Quod verò in Epilepsia, sic convolutionib. quibusdam jactentur membra, causæ sunt hę duę. Prima est, quod propter impedimentum anhelitū (Cujus impeditioñis causas ante-

reà attulimus) multūm periclitante vita, atq; urgente necesse
itate extrema, extremos suos conatus nervi motorij exer-
cent, etiam convellendo membra. Quemadmodūm vide-
mus, quomodò aliás à Voluntate nostra **extremè jactemus**
& agitemus membra, si suffocationis immineat periculum
extrinsecus: vt ilud declinem⁹ & amoliamur, & quoad ejus
fieri potest, quam celerrimè removamus.

34. Etenim Nervis, & Musculis naturaliter aliás inest, ut
ad suam originem contrahantur. Quod etiam fit interdum,
etiam si Appetitus non jussit movere. Sicuti hoc apparet
in Epilepsia: ubi propter stuporem Cerebri, Appetitus nō
mouet membra: sed duntaxat violentia quadam, & externa,
Nervos & Musculos afficiens causa, nempe respirationis
& caloris nativi euentationis, metu periculi suffocationis,
induēta necessitas..

35. Stupente verò etiam Cerebro, nihilominus in Nervis
& Musculis, facultatem inesse motricem, vel somnus ipse
naturalis declarat. Quoniam videmus, quosdam inter
dormiendū loqui: & nonnunquam jactatione membrorū
esse inquietos: imò non nullos phantasij excitos. è lecto
surgententes noctu ambulare dormientes. sicuti de se ipso hoc
testatur Gal. in lib. d. mot. Musc. Vnde manifestum est: so-
pito Cerebro, Spiritum nihilominus animalem, & motri-
cem, in Nervis & Musculis inclusam vim contineri, qua, so-
pito etiam Cerebro, membra mobilia existant: & actum
etiam mobilitatis adipiscuntur: si cor affligatur suppressione
anhelitus.

36. Quando igitur quæri solet: quam ob causam, impe-
dito anhelitu, & nonnunquam etiam valde & periculose
suppresso, urgente maxima periculi necessitate, nihilominus
nullis convolutionibus jactentur membra, nullisq; spasmis
contorqueantur in Apoplexia: sed in Epilepsia, ejusmodi
propemodum symptomatibus existentibus, convolutionis
motibus nihilominus jactentur & agitentur membra: nul-

De Epilepsia,

Nam certè aliam causam afferre possumus: quam, quod in Appoplexia obstructione crassorum humorum, non modò Cerebrum ipsum sit affectum: sed propter obstructionem, Nerui quoq[ue] torpēt, vnde spiritus in Nervis & Musculis nō excitantur, vt membra reliqua moueant aut convellant: tantum Musculi pectorales, necessitate extrema ventilatio-
nis caloris Cordis, mouentur.

37. Sed in Epilepsia, nulla est obstructio meatum, neq[ue] Nerui torpēt: & propterea, non solum musculi pectorales mouentur, stimulati necessitate, qua Cor affligitur propter suppressionem anhelitus: sed etiam reliqua membra, convelluntur his per interualla iactationibus inquietis. Si quidem etiam horum Nerui & Musculi, ceu non torpentes, necessitate illa, & violentia, ad motum excitantur.

38. Et quanquam nullus sine sensu, motus localis in animatis partibus esse possit: tamen hic sensus aliquando conjunctus est cum principali facultate, quæ in Cerebro est: aliâs. a. est indefinita, & propter Nervos duntaxat, extrema colluctatione vitæ & Animæ, cum mortiferis causis agentibus, exercetur. Qualis motus est in moribundis interdum animalibus: vt non nulla etiam capite amputato, contrahant & porrigant membra. Hujus motus principium, duntaxat est in Neruis, quoad à spinali medulla, tanquam ampliore fôte accipiunt vigorem mouendi: quæ pro Cerebro ipsis quodammodo est: sed non nisi breui tempore, motuum hac facultate duratura: ut quæ sine Cerebro, principium motionis sufficiens esse nequeat. Cum, quemadmodum nerui propagati ex medulla dorsi, motum suum accipiunt à medulla hac: ita medulla ipsa à Cerebro vim motricem sortiatur.

34. Consimiles, etiam in facultatib. naturalibus, & vitalibus, motus quosdam coactos & violentos esse experimur in Crisibus, (quibus naturales motus oppositos esse constat: vt his involuntarijs, voluntarios.) quos ostendunt nobis

nobis Symptomata Critica: quorum alia signa tantum sunt: alia verò causæ simul & signa: Crisiūm item ipsarum anticipationes: & alia quædam, quorum in Hippocraticis: libris passim fit mentio.

40. Altera proinde conuulsuorum in Epilepsia motuū causa, est malignus quidam & teter vapor, vel certè qualitas infesta & aliena, in origines Nervorum subito penetrans (quæ duo, supra pro causa conjuncta morbi huius Epilepticis assignauimus scilicet:) Cum vtrumq; horum Cerebri epilepticas prosternere, & vel suapte Natura, vel continuatatis alteratione quoquo versum diffundi, & sic diuersarum partium, addo etiam dissitarum, conuulsiones excitare queat.

41. Et vapor quidem vel ventositas, si causa illa fuerit: non aliter, contrahendo Musculorum fibras, mouere potest membra, atq; si ipse animalis spiritus, vel appetitu, vel alijs causis externis & violentis pulsus motusq; ipsos moveret: nisi quod indefinite & nonunquam in non naturalem figuram membrum peruerat & inflectat: quod ipsu propriè est Spasmus scilicet. Cum aliâ Animalis spiritus definitè moueat, neq; extremam figuram naturalem membrum ipsum egredi ferè faciat: nisi summa quædam, ut modò diximus, vrgeat necessitas.

42. Qualitas .a. aliena, & Spirituum animaliū substantiæ inimica, si Epilepticas convulsiones excitat: vtiq; ea ipsum Spiritum animalem, quem in Nervis naturâ (absq; recéte & assiduo ex Cerebro per nervos & Musculos ejus influxu.) contineri, paulo supra diximus: impellit & movet, non aliter, atq; se. .n. hic à specieb. retum expetendarum, aut fugiendarum, mediante frigore, calore, & alijs qualitatib. vt Arist. in lib. d. motu Anim. docet, pelli & moveri solet: nisi quod, pro violētia sua, magis p. n. moveat.

43. Sive .a. vapor, siue qualitas fuerit conjuncta hujus mali causa: accedit certè in Epilepticis: aliâs motus similes voluntarijs, aliâs .a. veros Spasmos excitari: pro alterutrius cause efficacia, vel violentia potius. Cum vtraq; sigillatim

De Epilepsia.

gradus suos & latitudinem habeant: unde varietas quoq; il-
lorum convulsuorum motuum, cum formæ, quantitatis,
qualitatis, & aliorum accidentium gratia resultat & exori-
tur,

44. Quam porrò, geminæ illæ Epilepsiam facientes con-
junctæ causæ, quas supra descripsimus, conjungi quandoq;
& copulari possunt: ita quoq; ambæ Convulsionis causæ,
antea etiam à nobis assignatae, coincidunt & concurrunt:
vt nimis. motorij Nervorum & Musculorū spiritus, neces-
sitate urgente stimulati, membra moveant & convellant:
& hoc idem etiam faciat ipsa morbi hujus conjuncta causa,
vapor qualitasq;: & interdum æquale est robur ad moven-
dum utriusq; causæ convulsionis: interdum a. vincit in mo-
vendo Animalis spiritus morbi causam. Sicuti è contra,
hæc etiam non nunquam primas in movendo & convellen-
do membra, obtinet.

45. Hoc ipsum, qualitate respirationis distingui potest
& debet. Quo. n. d. difficilior fuit respiratione, eò magis ex-
stimulantur Spiritus animales, vt moveant & convellant e-
tiam membra: vt ijs laboranti Cordi suppetias quasi ferant.
Quemadmodum videmus hoc etiam in ijs, quibus ob vin-
cula extrinsecus collo injecta, suffocationis imminet peri-
culum. Quò. a. minus impedita est respiratione, eò magis tales
convulsorij Epilepticorum motus, ascribendi sunt robori
& effacia, vel violentiæ potius conjunctæ hujus Morbicau-
sæ, quæ in Nervorū origines aut processus diffusa, multas
& diversas corporis partes, convulsivè movet & agitat.

46. Atq; conjunctam hanc Morbi comitialis causam, ri-
tè à nob. descriptam esse, testantur etiam alia φαινόμενα,
quorum rationes ex causa illa deponi & resolvi possunt.
Veluti, quia vapores illi, non sunt crassi, sed ὀμιχλώσθωσιν vel
ἀπμώσθωσιν spiritus, qualitas illa prava, in tenui raraq; substan-
tia intercepta: adeò motib. violentis membrorum & qua-
fatione

satione ipsa, nec non etiam calore naturali, & spiritibus, qui semper afflunt & opitulantur partib. laborantibus, brevi tempore discutiuntur, & consumptis dissipatisq; malignis illis vaporibus, aut qualitate, nulla Paralysis sequitur in membris post paroxysmum.

47. Veruntamen crebrò recurrent, & tamdiu subinde repetuntur spasmi Epileptici, quo ad omnis humor prauus corruptusq; ex quo elevari & suscitari sc. illa solent, ex toto absumptus exhaustusq; fuerit. Quemadmodum videmus, putridorum quoq; humorum in febrib. paroxysmos, tamdiu continuari: quoad humor actu putrescens, & qui continens est paroxysmi cujusq; causa, ex toto computruit & conflagravit.

48. Sed in hoc distant, crebri reuertentes illi Epileptorum spasmi, & Febrium putridarum paroxysmi: quod hinc certum ferè servant ordinem & periodum: illis .a. indistincta est invasio. Quoniam indefinitè fatus, qualitas uero excitatur: & aliâs quidem tardius, aliâs citius redeunt illi palnii. Quoniam alia, atq; alia sui parte corruptus ille humor, materia aut subjectum sc. illorum, θμοιομερήσ est, aut ἀνθρακίσ. Qua de causa, Paroxysmi etiam febriū, aliâs anticipant aliâs verò postponunt.

49. Ex descripta à nob. causa, reddi etiam ratio potest: cur anhelitus impediatur, non tamen ita vehementer, ut in Apoplexia. Ratio namq; & causa est, quod in Epilepsia vapor qualitas, uero maligna, vim Spiritib. animalib. inferunt: vnde musculi pectorales, nō sufficenter movent thoracem. Veruntamen minus impedita est respiratio: quia in Epilepsia nulla est obstructio, & spiritus motorij Nervorum nō torpēt: quorum utrumq; cum fiat in Apoplexia: non mirum, in hoc majorem esse respirationis & anhelitus difficultatem.

50. Subito etiam, in Epilepsia Paroxysmi incidunt & celeriter desinunt: quoniam spirituum, & qualitatum expen-

idiss. est penetratio & diffusio. Vnde de spiritib. scribit
Gal. in lib. d: 4. mot. p. n: quod tam citò colligi &
discuti rursus nihil possit, atq; spiritalis substantia : si eam
nimir. non cum qualitatibus, (quarum uonnullas celeri-
mè etiam diffundi, ex superiorib. liquet.) sed materieb: cras-
siorib. conferas & compares.

51. Assignari etiam ex dictis causa potest: cur Epilepsia
ferè non desinat in Paralysem, ut Apoplexia. Quoniam hu-
jus quidem humor crassus & obstruens: illius. a spiritus, vel
qualitas solum efficiens est causa. Vnde hæc propter tenui-
tatem discuti facile: ille .a. Naturæ vi expulsus, aliò pro-
cumbit. si tamen Epilepsiam etiam excipit paralysis, ex ac-
cidente id fieri cendum: nempe ratione convulsorum
motuum, quib. quieti anteà ad motum, extimulantur hu-
mores.

52. Ratio etiam inde reddi potest: cur alij Paroxysmi E-
pilepticorum durabiliores sint, alij breviores Quoniam sc:
vapor ille, aut qualitas, multiplicitate differnitia crassitudi-
nis, & tenuitatis. Iam quò crassior fuerit ille vapor: aut it
crassiore substantia, aliena illa qualitas, eò diutius durat
quoniam, non tam citò discuti & dissipari prædictis ante-
causis potest. quo .a. contra tenuior fuerit, eò facilius dis-
cutitur, & paroxysmus ipse Epilepticus solvitur.

53. Deniq; ratio etiam peti potest: cur in Apoplexia nō
sint paroxysmi. Quia simul & una vice, crassus humor Ce-
rebrum replens, ejusq; portio, ex postremo ventriculo in
spinalem medullam effunditur: vnde simul & semel existit
Paraplegia, non repetita. Continua quoq; sensus, & motus
abolitio est in Apoplexia. Quoniam in hac frigidus humor
Cerebrum stupefaciens, continuus manet & quietus: ne-
modò absimitur, modò regeneratur, ut fit in Epilepsia
vbi propter assiduam discussionem, & exortum vaporum
aut qualitatis pravæ, non solum spasmi redeunt & desinunt

Theses.

sed etiam Mentis & sensus, adeoq; motus ἐνεργειας, & intermissiones recurrent & repetuntur.

54. Ad extremū, ex dictis assignari potest descri men, inter convulsorios motus alios, & eos, qui in Epilepsia accidunt. Etenim convulsorij motus alijs, sive ab inanitione fiant, sive à repletione, non sunt sine sensu: cum in utrisq; acerbiss. dolores percipient ægri: sed convulsionis Epilepticæ, sunt sine sensu. Quoniam à causa morbi conjuncta, Spiritus ipsi animales ita sunt labefactati: ut ἐνεργειας animalium instrumentum esse non possint. Præterea, reliqui spasmi, à repletione & inaniōe causari possunt: sed Epileptici spasmi nō fiunt ab inanitione: cum nequeat tam subito accidere talis Cerebro inanitio, quā subito spasmi illi redeunt & desinūt.

55. Ut causas Antecedentes, quib. sc. ejusmodi teter & malignus procreatur spiritus, aut aliena & infesta resultat & emergit qualitas, ceu vera causa conjuncta hujus morbi Epileptici, per spiciamus: supponendū prius, quædam certa quibusdam partib. similitudine Craseor familiaria esse, grata & jucunda: alia verò inimica, ingrata & molesta. Et quomodo, vt ex bono & utili humore, bland⁹ suavisq; excitetur vapor: è cōtra. a. ex pravo eēx corrup. humore teter quoq; atq; malignus resultet vapor, qualitasue: & tandem, ut provarietate corrupti praviq; humoris, varias quoq; sit & divers⁹ eter malignusq; vapor, aut ejusdem nature qualitas, inde romanans: tam notum est, quām constat: aliás ex simplicibus, vi & qualitate differentibus, diversas quoq; per destillationem, aquas aut succos elici & exprimi.

56. Causæ hæ Antecedentes, sunt aliás ipsæ partes solidæ, uæ vel à primo ortu, vel posterius ob pravam nutritionem, ut alium qui ipsis accedit affectum, dyscrasia quadam laboant: quæ sensim aucta in valescensq;, & ad certum terminum progressa jam, materiam, qua nutriri solet, contamiat & inquinat: vnde prauus ejusmodi excitatur vapor, vel qualitas aliqua maligna: quæ pro occasione, tum interna

De Epilepsia.

tum, tum externarum causarū, in subjecto corpore calente, quoquo versum diffunditur: & aliās ad has, aliās ad partes alias, & sic ad Cerebrum quoq; pro ejus habilitate & dispositiōne, vergit & elevatur: actum Epilepticorum symptomatum fit causa.

57. Interdum a: & sāpius, antecedens Epilepsia causā, quæ postea conjunctam, quam in superiorib. descripsimus, de se propagat, sunt certi humores corrupti. Qui sunt vel in vasis: venis, puta, & arterijs: vel extra ea, in certis partib. subsistunt: vt, semen in testibus: sanguis menstruus in vtero: lumbrici & vermes in intestinis: corrupti cibi in ventriculo: aut putridē alvi fæces, diutius retentæ & suppressæ. Quod idem de alijs, in certis partium cavitatibus p. n. contentis: vt, vrinæ in vesica fellea, & cæteris, intelligi volumus.

58. Quod ad humores a: in venis contentos attinet: sum illorum vt utilium, ita quoq; corruptorum quatuor omnino diffentiæ: nempe, vel corruptus sanguis, vel pituita vel bilis flava, vel atra. Ex horum unoquoq;, sigillatim teter & malignus evocari vapor, aut certè qualitas aliena consistere potest. Et quamquam singulorum, quatuor ianominatorum humorum, definitæ sint corruptiones quædam: tamen magna est cuiusq; corruptionis latitudo. Vnde innumeræ quasi corruptionum species exoriuntur, quæ materiam etiā diversis malignisq; qualitatib. præbent: quæ postea causæ existunt, ut aliorū grauissimorum affectuum sic magnæ etiam symptomatum, quæ in Epilepticis apparent, varietatis & discrepantiaz.

59. In primis a. pituita & Melancholicus humor, habiles sunt & idonei, crudis illis spiritibus generandis, & alienis qualitatibus ciendis: Nam ex pituita, ceu humore frigido, diffundi frigida qualitas facile potest, sicuti ex eadem etiam pituita, prompte generantur vapores turbidi & crudii: quia pituita aliās est ventosa, & debili calore gener-

Thesēs.

tur flatus ex pituita : qui non tantum aliquo supra expōsitorum modorum, afficiunt Cerebrum, sine obstruktione: sed tenuitate sua quoq; penetrant ad spinę medullam, & ad origines Nervorum: quibus affectis, ab inquietis vaporibus istis, aut qualitatibus, necesse est spasmodicos motus excitari.

60. Excitantur & exhalant etiam, ex humore melancholicō, vapores aut qualitates. Quibus aliās Cerebrum afficitur non Epilepsia, sed dementia quadam: vt fit in paroxysmis melancholicis. Et non raro somnia quoq; anxia & melancholica, propter Spiritus, aut qualitates ejusmodi, dormientibus eueniunt. Veruntamen aliās ex eo etiam generati praui vapores, aut excitatæ alienæ qualitates, cum per Cerebri corpus diffunduntur, non mediocri dyscrasiam frigida ipsum Cerebrum alterant, ac stuporem Epilepticum conciliant ægrotanti: & extra etiam ad origines Nervorum, & ad ipsam spinę medullam diffusæ ac penetrantes, implant & vellicant Nervorum origines. atq; sic motuum spasmodicorum efficiuntur causæ.

61. Cæterum illi humores, (quos pro causa antecedente assignauimus sc.) aliās in venis alicujus partis delitescentes, obruto eorum calore cumpotrescunt & corrumpuntur. Sicuti de semine, & sanguine menstruo scribit Galenus: quod tantam interdum r̄cipiant Αιαφθοράν, vt venenī alicujus sint instar. interdum a. crudi humores, ἔντεσσι χειώσει quadam resoluti in ἔχωρασι suos, extra vasā exfundentes, putrescere & corrumpi incipiunt. Vtrog; modo materia fiunt prauorum & malignorum vaporum ac flatuum, aut certè subjectum alienarum & vitiosarum qualitatū: quæ inde diffusionis suæ principio sumpto, aliorum & quidem ad Cerebrum interdum perveniunt: vbi tunc Epileptica symptomata inducunt.

62. Quomodo a. in venis, vel extra eas profusi humores, sigillatim certo modo corrumpi aut putrescere possint:

'De Epilepsia,

vitia, non hæreditaria: primitus perverso, sex rerum n. nat. usu adquiruntur in partib. solidis. Qua ratione Podagricos, Colicos & Nephriticos conspicimus: quorum tamen parētes & Majores, ejusmodi affectib. obnoxij non fuerunt.

71. Rectè. a, ipsis humoribus, primum quandoq; corruptionis principiū ascribi: probari licet ex ijs Epilepsijs per consensum: quę à vermibns, fæcib. alui retentis, aut aliās ex corruptis, in venticulo, cibis, derepente sanis non nunquam hominibns exoriuntur. Vbi certè causam rejicere non possumus, in dyscrasiam aliquam illius partis: cum subitò istæ, & per hypothesin sanis hominib. contingent. Sed materię ipse tales sunt: vt vel actu corruptæ existant: vel certè ad corrum pendum proclives & habiles.

72. Consideratio huius primi principij, in Praxi, & curatione summoperè est vtilis & necessaria. Si nanq; cognoverimus, principiū illius corruptionis, primò ruisse in humoribus: tum, oncoctionum σφάλματα primò emendabimus: inde ad alterationem, & evacuationem semicorruptorum illorum humorum, antequam plenè corrupti, Epilepticis paroxysmis fomenta subministrent, perveniemus. Si. a, ex vicio solidæ alicujus partis, aut visceris, principium corruptionis de pendere animadverterimus: tunc sola humoris alteratio, aut vacuatio non sufficiet: sed insuper partem illam solidam, convenientib. auxilijs, robore, & ad meliorem statum reducere conabimur: ne sic deinceps affluentest corruptat afficiatq; succos.

73. Summa proinde Curationismorbi Epileptici, in eo consistit: ut cognita corruptionis humoris specie: vel perspecta forma acidæa, morbidæ partis θιαδεσεως, talia perscrutemur & inveniamus remedia: quæ vel corruptionem illam tollere & inhibere: vel partis dyscrasiam (si inde est Epilepsia origo.) conveniente contrariorem usu, corrigeret & emendare possunt. Quò omnes præsidiorum materię, tū Diæteticæ, tum Pharmaceuticæ, tū Chirurgicæ faciunt.

FINIS.

Non cordebat.